

1355

C O D I C E S

1356

significationes in Theografia ternarius excipiat &c. Finit: Ego interim secedens ad me ipsum. repertiendis significationibus quaternarii attentius assistam. uacabo placidius. Et rubrica subiecta: Explicite ternarii expositio continens. XX. VIII. figuratiuas significationes.

An reapse Quaternario calamum admoverit Odo, nemo, quod quidem sciam, Scriptorum tradit. Et fat erat eatenus prodixisse. Ad exponendas enim diuinas literas et omnem Morum et Afceseos doctrinam nimium sibi in numerorum vi et virtute mystica praesidii repositum esse ducebat, in qua opinione a Pythagoreis sumpta, et Patres quosdam ante ipsum, et aevo sequiore Franciscum imprimis Georgium Venetum in suo de Mundi Harmonia opere fuisse constat. Tempus, quo praesens Opus elucubratus est, duplici indicioprehenditur; Parte enim I. Clausula 3. Dist. 1. nobis fol. 30. p. 2. haec legas: *Sic est cernere maxime diebus istis. quibus francorum electa iuuentus. et uiuida bello nobilitas procerum. amicta signaculo crucis. crucis inimicos aggreditur expugnare et transmarinam barbariem tollere de loco suo et gente. Rex ipse clarissimus. Ludowicus (VII.) annos animo. uirtute superans etatem. rem fortiozem annis ausus magni uiri. puer aggreditur. In eandem expeditionem cum manu graui. magnificus quoque rex romanorum (Conradus III.) accingitur. Assistat eis propicia deitas.*

Atqui hoc accidit circa annum MCXLVI. Quomodo uero Odo Ludovicum puerum adpellare possit, uiderint Autores de *l'Art de verifier les Dates*, qui illum tunc temporis annum saltem 27. adigisse statuunt. Alterum indicium habetur P. III. Dist. 4. nobis fol. 110. p. 2. ubi legitur *Planctus de obitu celebris memorie Bernardi clareuallensis abbatis*. Bernardus autem anno MCLIII. ad Superos abiit. Incipit Planctus hic: *Subit a pretitulationis serie triadis ad regnum dei aptitudo. At arripit sibi calamum que et animum preripuit rememoratio eius. cuius memoria in memoriam euasit eternam.* Et finit: *Hinc uel maxime solati discessimus a monumento. et abiit unusquisque in sua. carne et spiritu illius in sua receptis.* Joh. Mabillonius certo certius illum in *Append. Opp. S. Bernardi* edidisset, si illius habuisset notitiam. Extat uero in *Bibl. Paulina Lips.* ut *Joach. Felleri Catalogus Mss.* p. 161. testatur. Plura de Odone ejusque Scriptis *Car. de Visch* in *Bibl. O. Cist. edit. Colon. 1656.* p. 253. *Cas. Oudinus de Script. Eccl. T. II. col. 1417.* *J. A. Fabricius Bibl. med. et inf. Lat. edit. Patav. T. V. p. 159.* quos cum recensu nostro, si lubet, confer.

CCCXLVII.

Codex chartaceus lat. Sec. 641
XV. Folior. 340. 4. non una manu perscriptus censet sequentia:
I. Expositionem plurium Terminorum

1357

D O G M A T I C I.

1358

norum Theologiae, cujus initium: *Cum difficultas verbalis multum impedit animum a speculatione veritatis in illa scientia potius quam in alia que in se ipsa plus continet subtilitatis, utile est terminos distinguere &c.* Ita deinceps expenduntur: *Frui, Uti, Abuti. Vestigium. Imago. Hypostasis. Propria. Appropriata. Prioritas. Alietas &c.* Ad calcem: *Scriptum per fratrem Georium lechel. Explicit tractatus de terminis Theologicis.*

II. fol. 5. absque Titulo *Compendium Theologicae Veritatis Hugonis de Argentina*, ut diximus ad *Codd. CCCXX. et seqq.* Initium: *Veritatis Theologicae sublimitas cum superni sit splendoris radius &c.* Ad calcem *Index Capitulum.*

III. fol. 193. *Expositio Evangelii secundum Lucam* scholis, ut videtur, adcommodata. Habet *Praeambula III. quorum I. incipit: Facies bouis vituli a sinistris eorum quatuor. Ezech. primo cap. Sanctus propheta Ezechiel quatuor pennata animalia vidit &c.* et *Visionem Prophetiae declarat. II. agit de veritate et consensu Evangelistarum, hoc initio: Vocabulum evangelii interpretatur literarie bonus nuncius &c.* III. *Lucas vitam enarrat: Lucas syrus natione Antiochensis &c.* *Expositio ipsa abrumpitur in C. IX. v. 12.*

IV. fol. 232. *Ventilantur Quaestiones subsequeae: Quare christus nominetur filius David, et quare de eo voluit nasci cum fue-*

rit enormis peccator? Vtrum Curiositas sit vicium? Vtrum Observatio sortis pro euentu futuro sit licita uel superstitiosa?

V. fol. 234. *Sermo ad Academicos de Assumptione B. V. M. in illud: Maria optimam partem elegit. Luc. X. Initium: Viri clarissimi doctores egregij magistri illuminati — Cum sancta militans ecclesia sanctorum angelorum recolat uictoriosum triumphum &c.* *Habitu fuisse cum reliquis infra fecuturis in Academia Vien. vix dubium.*

VI. fol. 241. *Augustinus de uita christiana. Initium: Ego augustinus primus peccator et ultimus &c.* *Vide Indicem.*

VII. fol. 251. *Augustinus de bono consciencie. Initium: Domus hec in qua habitamus ex omni parte sui ruinam nobis minatur &c.* *Scribendum erat: De Domo Conscientiae. Adi Cod. CCXLI.*

VIII. fol. 274. *Moralis philosophie Fundamentum compendiosum.* Ita ad marginem inferum *Opusculi, quod incipit: Aristoteles 2º. elencorum. Ignorantes virtutes vocabulorum de facili paralizantur &c.* *Hautum est ex Aristotelis Ethicis, et subscribitur: Per leonardum pray cursorem Theologie Anno MCCCCLXII, quem Autorem habeo.*

IX. fol. 286. *Sermones IV. ad Academicos Viennenses. I. in illud: Accipite armaturam dei. Ephes. 6. Initium: Patres prestantissimi — Sanctorum omnium nunc solemnitate gaudiosissima iocundamur &c.* *Ad marginem inferum:*

1359

C O D I C E S

1360

ferum: *Ego frater Leonardus praxatoris hanc de dei gratia collegi ex ottone (de Castro Rodulphi?) et feci collacionem ad aliam vniuersitatem wiennens. in vigilia omnium sanctorum Anno &c. 63°. leſoratus mei anno 2°. Deest vir hic, de quo plura sequuntur, in Lucii Bibl. Ord. Carm. In Locheri Speculo Acad. Vien. memoratur Facultatis Theol. Decanus ad an. 1482. et 86. II. Sermo ad vniuersitatem pro festo purificationis Per fratrem leon. prax. Anno &c. 67. In Vienna Apud Sanctum Stephanum. In illud: Illa venit ad eum portans Ramum oliue. Gen. 8. Eminentissimi patres — Si sancta mater ecclesia votiuis iocundisque gaudiorum tripudijs &c. III. Sermo ad Clerum de Sancto Ladislao. Et in fol. praeuio: *Ego frater Leonbardus praxatoris de Cham (Bavariae) hanc dei gratia feci collacionem Wienne ad vniuersitatem. In conuentu fratrum predicatorum pro Nacione Vngarorum Anno M° CCCC° 62°. Cursoratus mei anno 2°. seu ultimo. In calce pene eadem, addito tamen: sed idem frater est professor fratrum Carmelitarum, ne Dominicanum putes. Thema et initium Sermonis: Noctem illam duxit rex insomnem. Hest. 6. Patres prestantissimi — Conuenientibus uobis in unum ad presentem celebritatem festiuitatis annue &c. En jam Sec. XV. Nationum Indigetes Viennae Panegyrico annuo ornatos. IV. Sermo, cujus fronti subscriptum: *Ego frater***

Leonbardus praxatoris de cham feci de gratia dei hanc collacionem ad vniuersitatem In conuentu nostro wiennensi (loco modernae Curiae, sive Cancellariae Bellicae) In principio mei leſoratus Anno domini M° CCCC° 62°. In uigilia assumptionis gloriose virginis Marie. Thema et initium: Arbor bona fructus bonos facit. Matth. 7. Patres prestantissimi — De gloriosissime virginis laudibus &c.

X. fol. 319. Incipit speculum ecclesie compositum a domino Hugone de sancto uictore cardinali. Hugo Victorinus nec Cardinalis, nec Autor hujus sub initia Typographiae non semel impressi Libelli fuit, sed Hugo a S. Caro O. P. et demum S. Sabinae Cardinalis, mortuus a. 1260. Incipit ille: *Dicit apostolus ad hepheſios VI. Induite uos armaturam dei &c.* Vestesque primum Sacerdotales, tum ipsas Sacriſicii Partes et Ritus expendit. Nomen Rosbach in margine adscriptum non divino. Vide et Cod. DCCCXLI.

XI. fol. 327. p. 2. Varia de triginta Missis Gregorii M. Papae, de Dictis Papae Clementis de Jejunio. De Jejunio Diei Veneris omnibus praeferendo. De Virtutibus medicis Granorum Juniperi. Et his nomen Rosbach adjectum.

XII. fol. 329. Sermones breues VI. Ad Academicos. I. de Natiuitate Christi adscripto nomine Rosbach. II. de S. Vincentio M. III. de S. Gregorio Magno.

1361

D O G M A T I C I.

1362

no. IV. de Regno Coelorum. V. de S. *Valentino* Ep. et Conf. mutilus, anni 1461. VI. in illud: *Quicumque vult salvus esse &c.* addito ad calcem nomine *Leon. Praxatoris.*

CCCXLVIII.

794 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 224. 8. currente calamo, non tamen eodem, partim lineis longis, partim per duas columnas exaratus, olimque e supellectili faepe dicti Sacerdotis *Bohemi Wenc. Rossae* Collectanea Theologica complectitur, quorum Rubricas edifferere sufficiet: *Equiuoca*, potius Etymologiae et Significata variorum Verborum ordine alphabetico. *Fol. 7. Definitiones* variae Rerum ad Theologiam pertinentium, item alphabeticae. *Fol. 14. Auctoritates Noui et veteris Testamenti sanctorum doctorum et uniuersalis ecclesie contra Communio- nem Infantium.* Incurrunt etiam alia Sacramenta. Citatur inter alios *Doct̄or evangelicus* sive *Job. Wiclefus* et *Job. Hufs.* *Fol. 43. p. 2. Pulcer tractatus contra Saraboitas*, qui mox adpellantur *moderni valdenses discolisantes per Montes et Campestria*, item *Pigardi* et *Pikanstones.* Constat Testimoniis Autorum. *Fol. 50. Index* prolixus Locorum Biblicorum pro variis Fidei, Morumque argumentis. *Fol. 159. p. 2. Scripta que probibent accessum communionis indigne*, cum Elencho eorum, qui in Regno *Bohe-*

miae et Marchionatu *Moraviae* a sacra Mensa arcentur. *Fol. 173. Tractatus pro Vita hac et futura Cristianis necessarius.* Fanatici cuiusdam de futuro Christi Regno praedicientis. *Fol. 183. Concordancie* in sacras Literas alphabeticae.

CCCXLIX.

Codex chartaceus lat. Sec. 795 XV. Folior. 217. 8. ejusdem cum praecedente rationis, illiusque velut Pars altera inscribitur: *Excerpta de tabula originalium sanctorum*, est vero Congeries quaedam alphabetica Locorum Scripturae et SS. PP. Ascetis et Praedicatoribus opportuna, quae ab *Aaron*, *Abbas*, *Abel*, *Abraham* &c. protenditur ad *Xpianus*, *Zacharias*, *Zelus*, pertinuitque pariter ad supra dictum *Roffam.*

CCCL.

Codex membraneus lat. Sec. 479 XII. Folior. 143. 4. luculente scriptus, rubricis distinctus et olim *Monasterij Sancte Mariae alias Scotorum Wyenn.* complectitur Sequentia: I. *Elucidarium* III. Libris distinctum, quem olim *Anselmi Cantuarien.* nomine, quod quidam Codices mfs. praeferunt, primus edidit *Claud. Espencaeus Paris.* 1560. *Gabr.* vero *Gerberonius* in edit. *Opp. Anselmi Paris.* 1721. merito inter Spuria relegavit *append. col. 457.* Scrip- toribus aliis in *Lanfrancum Anselmi* in *Monasterio Beccensi* Prae- ceptorem,